

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Elemosina bd
cum fonte primo

Quia non solum decime non sunt nostre sed ad ecclesias deputate,
uerum quicquid amplius quam nobis opus est a Deo accipimus pauperibus erogare debemus,
si quod eis deputatum est nostris cupiditatibus uel uanitatibus reseruamus,
quanti pauperes in locis ubi nos sumus fame uel nuditate mortui fuerint,
nouerimus nos rationem de animabus illorum in die iudicii reddituros.

Cesarius in ammonicione II.

Et quia non solum decimae non sunt nostrae, sed ecclesiis deputatae,
uerum quicquid amplius quam nobis opus est a deo accipimus pauperibus erogare debemus,
si quod eis deputatum est nostris cupiditatibus vel uanitatibus reseruamus,
quanti pauperes in locis ubi nos sumus fame vel nuditate mortui fuerint,
nouerimus nos rationem de animabus illorum in die iudicii reddituros.

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 30, 2 (CCSL 103, G. Morin ed., p.130).